Universitätsbibliothek Paderborn

Orthographiae || Ratio

Manuzio, Aldo

Venetiis, 1566

G

urn:nbn:de:hbz:466:1-13350

Visual Library

G

GENITRIX, *non*, GENETRIX. *non enim dicimus* GENETVS, *ſed*, GENITVS. *Praeterea ſic eſt in antiquis lapidibus*

Romae, infra Capitolium, ſupra cuiuſdam domus oſtium

D . K . M
ΕΚΟCΙΝΕΞ. ΛΥΚΑΒΑCΙΝΕΤω
ΖΗCΑCΑ. CΑΒΕΙΝΑ
ΚΑΙ. ΜΗCΙΝ. ΤΕΤΡΑCΙΝ. ΕΙΤΕΝ
ΔΕΚΑΤΟΝ. ΠΑΛΙΝ. ΗΜΑΡ
ΤΗΑΕ. CΟΡω. ΚΕΙΜΑΙ. ΘΥΓΑΤΡΟC. ΜΕΤΑ
ΗΜΕ. ΔΙωΞΕΝ
ΔΙΞΑΜΕΝΗ. CΤΟΡΓΗΝ. ΦΙΛΟΜΗΤΟΡΑ
ΔΟΓΜΑCΙ. ΜΟΙΡωΝ

Hic. Iacet. exanimis. tumulis. Aelia Sabina
Cum. ſua. Nata. ſimul. fletu. quem procreat. Ipſa
O. Fortuna. fidem. quantam mutaſtI. maligne
Quem. genuIt. genitrix. ſecum tenet. in. lare. Ditis

Galeate, in Templo

D . M
Rubriae . Tertullae
V.A.XX.M.IIII.D.IIII
Coniugi . optumae
C. Refanius. Macrinus
Liuia. me. Tellus. aluit. geminamq. ſororem
Egregio. de. patre. ſatus. ſancta. genitrice
Kara. fui. caſto. bene. iuncta. pudico. marito
Inuida. ſet. Fati. lex. reddidit. in rita. Vota
Et. tantum. miſerae. ſolatia. linquit. amanti
Coniugis. in. manibus. licuit. quod. reddere
Vitam

Nummus tamen argenteus, quem ipſi uidimus, Alexandri Toti, ab uno latere habet, FAVSTINAE. AVG. PII. AVG. FIL. *ab altero vero,* VENERI. GENETRICI

GENVCIVS, *cum* C, *familia Romana. libri, lapides Capitolini, & alij*

Romae, apud Rainutium Farneſium Cardinalem. I

L. GENVCIVS. THYMELICVS

GLAEBA, *cum Ae diphthongo. ex antiquiſſimis libris, & ex Virgilio Carpenſi*

GOTHI, *populi, cum Adſpiratione. libri, & lapides*

Romae, ad Pontem Salarium, tertio ab Vrbe lapide. I

Imperante. D. N. piiſsimo. ac. Triumphali. ſemper. Iuſtiniano. PP. Aug. Ann. XXXVIII

Narſes. uir. glorioſiſsimus. ex. Praepoſito. Sacri. Palatii. ex. Cons

Atque. Patricius. poſt. Victoriam. Gothicam. ipſis. eorum. Regibus

Celeritate. mirabili. conflictu. publico. ſuperatis. atque. proſtratis

Libertate. Vrbis. Romae. atque. totius. Italiae. reſtituta. Pontem. Viae. Salariae. us

que. ad. Aquam. a. nefandiſsimo. Totila. Tyranno. diſtructum. purgato. fluminis. alueo

in. meliorem. ſtatum. quam. quondam. fuerat. renouauit

Quam. bene. curbati. directa. eſt. ſemita. Pontis.

Atque. interruptum. continuatur. iter

Calcamus. rapidas. ſubiecti. gurgitis. undas

Et. libet. iratae. cernere. murmur. Aquae

Ite. igitur. faciles. per. gaudia. ueſtra. Quirites

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Et. Narſim. reſonans. plauſus. ubique. canat

Qui. potuit. rigidas. Gothorum. ſubdere. mentes.

Hic. docuit. durum. flumina. ferre. iugum